



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Benedicti Ariæ Montani Hispalensis Poemata

In Qvatvor Tomos Distincta

In quo Daudis Regis ac Prophetæ, aliorumque sacrorum Vatum Psalmi; ex
Hebraica veritate in Latinum carmen obseruantissimè conuersi

Arias Montano, Benito

Antverpiæ, 1589

Psalmvs CXXX. De profundis clamaui ad te Domine.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44993

- 2 Angustè & oppressum iuuenta
 Usque mea nihil expulere.
 3 Longisque fulcis terga super mea
 Fortes arabant, quos studium hoc tener:
 4 Sed iustus IAS scindit hos, quos
 Impia gens posuere, fones.
 5 Turpis repulsæ summoneat pudor
 Omnes Sionis quos odium trahit:
 6 Sint herba ut in tectis, prius quæ
 Quàm siliquas meditetur, aret.
 7 Illa manum non impedit suam
 Messor, maniplos nec posuit sinu;
 Audita dicentum salutem
 Nulla etiam memorata verba.
 8 Nec transeuntes dicere ceu solent,
 Dicent, Ab IA fausta beatitas
 Vobis sit; ipsis nos & IAE
 Nomine fausta, bona ac precamur.
 PSALMVS CXXX.

De profundis clamaui ad te Domine.

FIDELIS POENITENTIAE EXEMPL.

I Canticum graduum.

Carmen Tricolon Tetraastrophon.

- TE de profundis anxius inuoco
 2 IAS, meam tu mi Domine excipe
 Vocem, vocantis te querelæ in-
 tende tuas miserator aures.
 3 Si prauitates IAH DOMINE intimè ob-
 seruare cures, quis steterit sibi?
 4 Numen benignumque est tuum: sic
 Parcis, yti & metuare iustus.
 5 Exspecto & IAM; exspectat item manens
 IAMque sperans hæc anima, illius
 Spe nitor, attendoque verbi,
 6 Hæc anima à DOMINOque pendet.
 Nec manè tantum exspectat auens vigil
 Custos frequens qui manè cupit nouum:
 7 Exspectat IAM perbenignum
 Israël, & bene vindicantem.
 8 Assertor ille & seruitio graui
 Ducet redemptum prouidus Israël;
 Omni que dimissum resoluet
 Nomine criminibusque prauis.

N. 4

PSALM.